etiam contra tuam excellentiam finxerunt
minorem quam minimam quem legas. Super
nobilem R. de Attrabato sustinebamus de
quo amplius tractaris subiuncto quod tua
fuerat excellentia super hoc informata quod dictus
R. nobis fecerat iuramentum quod quamvis aliquam
direxeramus quod quamdiu ipse R. tecum fuit in
statu omnia nostra et nostrorum negotia expediebantur
tur ad votum quod non ita postmodum
est secutum. Ne igitur hec nequam lin-
gua tibi vera supprimens et falsa suggerens
ultius circa premissa pariter animum tuum
paccat sed revelata super premissis nostre so-
licitudinis erga te puritate cuiuslibet iniqui-
te sollicitationis et solicite inquietudinis
cesset occasio ecce qualiter nos habuerimus
in premissis. In principio quidem tan-
regimus quia carissimus in Christo filius
noster E. Rex Anglie illustris non sic devo-
te ut utrique nostrum erat expediens se habebat
non siluimus sed operam dedimus exhor-
tationibus quoque ac precibus instare cura-
vimus apud eum consiliariosque suos ut
ad te sicut cognatus ad cognatum sic in-
clitum et vassallus ad dominum se haberet. Et
ut firmiter credimus si nostre exhortationes
et sollicitudo sedule defuissent subsecuta
eo tempore que secuta sunt non fuissent.
Extunc autem in reconsiliatione predicta per-
fecta nostre non occurrit memorie quod Rex
ipse aliqua coram nobis vel nobiscum ha-
buerit facere que tuam in aliquo con-
tingerent maiestatem. Hoc tamen salvo quod
super duobus nobis dicti Regis nuncii sup-
plicarunt. Primo ut nos de iure quod
in partibus Vasconie dictum Regem ha-
bere asserunt per eos informationem ad
finem illum vellemus recipere quod nos tu-
am possemus super illo iure magnificen-
tiam informare securius tibique pro expe-
ditione negotiorum dicti Regis efficacius
porrigere preces nostras quibus presentibus
nonnullis ex nostris fratribus respondimus
quod informationem huiusmodi non reciperemus ali-
quatenus cum ad te specialiter dicti iuris
cognitio pertineret. Secundo supplicarunt

nobis quod ad diem quandam eis per tuam pre-
fixam excellentiam cardinalem aliquem deberemus
mittere qui pro iustitia et gratia Regi predicto
per te fienda deberet instare quibus respondi-
mus quod nequaquam hoc sine tuo beneplacito face-
remus. Hec sunt que habuerunt nobiscum
agere que aliqualiter tuam tangere poterant
maiestatem. Nec revera nostre occurrunt in
presenti memorie alia nec credimus quod ab
aliquo veraciter valeant reperiri. Exponat
ergo illa lingua maledicta factum si habet
aliud quod nobiscum habuit dictus Rex facere
quod te tangeret in quo eidem contra te poti-
eramus favorabiles esse quod si non fecerit
noli ultius eius lingue nequam credere sed fratris
potius fidem prebe. Si vero apponant factum
aliud in quo nos eidem Regi asserat contra
te favorabiles extitisse placeat tue celsitudi-
ni illud nobis innotescere ut eandem possi-
mus de veritate reddere certiorem. Iudicet ita-
que excellentia Regia si premissa faciendo veri-
dici possit dici quod nos Regi predicto contra te
faverimus in premissis. Verum est autem
quod inter mundi principes Rex prefatus mag-
nus est et utique devotus ecclesie filius unde
non decet nec expedit quin nos ei exhibea-
mus favorabiles sine nostris animique a tua
precipue lesione. Quantum ad factum il-
lius nobilis R. de Attrabato supradicti dici-
mus quod postquam contra ipsum lata fuit sententia
ad nos quendam cum suis litteris transmisit
nuncium per quas petebat eidem nuncio
fidem credulam adhiberi. Qui quidem nun-
cius presente quodam ex nostris fratribus su-
am credentiam ad duas conclusiones res-
trinxit una quarum tangebat ipsum et Ba-
varum qui eidem offerebat ut dicebat
nuncius gratiam aliquam impertiri. Secunda
vero nos tangebat et prefatum Bavarum
per quam offerebat quod ad reconciliandum ipsum
nobis paratus erat interponere partes suas
quibus respondimus ut continet cedula
presentibus interclusa. Postremo autem
idem nobilis nobis misit quandam litteram
sua manu conscriptam quam propter malam
litteram plene nescivimus legere hec tamen